mus audientiū ad deuotiōem valeat
excitari. P̄dest etiā consonātia sono-
rum assignari cōcordia morum. sic q̄
p̄ pulsū cythare manuū operatio in-
telligatur. p̄ flatum organimentis de-
uotio. p̄ cantum vero sermonis exhor-
tatio designetur. Unde bern̄. Quid
prodest dulcedo vocis sine dulcedine
mentis. frangis vocem. frangas z vo-
luntatem. seruas cōsonantiā vocum.
serua cōcordiā mor. vt sis per exem-
plum p̄coris proximo. p̄ voluntatē dō
per obedientiā magistro. Et aug⁹. in
li. psal. sic dicit. Consuetudinē cantan-
di probat eccia. vt p̄ oblectamenta au-
rium / infirmior animus ad affectū pie-
tatis consurgat. Non em̄ modulatio-
nes et neumata / in eccia dehent can-
ri ad complacentiā hoim. q̄scdm̄ bea-
tum Grego. P̄derumq; in sacro miste-
rio dum vox blanda querit. congrua
vita negligitur. Et cantor deū vocib⁹
stimulat cum populū vocibus delectat
Qui alludit Hiero. qui sic inquit. Audi-
ant adolecentuli. audiant hij quibus
est in eccia officium dñi cōmissum. deo
nō tantū voce psallendū. sed et corde
esse cantandū. Qm̄ magis deuotione
q̄ vocis iubilatiōe cantandū est. quia
non clamor / sed amor sonat in aure dī
Leterū nō propter carnales sed pro-
pter sp̄uales delectatiōes vsus cantā-
di in eccia institutus est. vt qui verbis
nō compungunt saltem suauitate mo-
dulatiōis moueant. hec Hiero.

Capitulum xij. De diuersitate officij ambrosiani et gregoriani

Primitiua eccia diuersa diuersi q̄sq̄ pro suo uelle cantabat. dūmodo id q̄d cantabat ad laudē dei ptinebat: Officia t̄m ab omnib⁹ obseruabant que ab apostolis et a xp̄o instituta erant. uide licet dñica of̄o. et symbolum. et uerba cōsecrationis. Succedentib⁹ uero tēporibus qz eccia dei heresibus scissa erat/theodosius impator/hereticorū extirpator/rogauit damasum papam ut p̄ aliquē uirum prudētem et catholicū ecclesiasticū faceret ordinari officium. Unde idem papa p̄cepit hiero. p̄bitero pro tūc in bethleem cū paula et eustochio uirginibus moranti q̄tinus officium eccie ordinaret. Ip̄e em nouerat linguā. grecam. hebraicam et latinā. et cald̄. yecam. qui mandato ei⁹ obtemperans/ordinauit q̄ntum i una quaqz dñica uel feria de psalmis legi deberet. Euangelia quoqz et epistolas p̄ter cantū. ex magna parte ordinauit. Quo ope completo/idem hiero. romam misit. et a damaso papa canonisatum est. et p̄ceptum est ab omnib⁹ ecclesijs obseruari. Impropriatūqz est illud damaso pape. p̄pter auctoritatem quā interposuit. Officium uero misse tam ambrosius q̄z gregorius cantu ordinauerūt. q̄uis diuersimode. De qua diuersitate legit̄ in uita eugenij. qz cum officium ambrosianū magis ab eccia frequentaret̄ q̄z gregorianū/adiuan⁹ papa celebrant conciliū. et statuit qz officium gregorianū deberet uniuersaliter obseruari. ad qd̄ karolus impator om̄s clericos minis et supplicijs per diuersas prouincias cogebat. Beatus uero eugenius ad hoc cōcilium

ueniens/post ip̄m p̄ triduum induxit papam. ut om̄es platos qui h̄mōi concilio interfuerāt et iam recesserant reuocaret. quo facto. et concilio congregato/om̄ patrū concors fuit sentētia. qz ambo missalia. scz gregorij et ambrosij sup̄ altare sancti petri ponerentur. signaculis ep̄oz munita et clausa et qz fores eccie clauderent̄. et omnes tota nocte insisterent. ut dñs indicaret per aliquō signū. qz eorū officij ab ecclesia magis uellet obseruari. Et hoc per oia factum est. Mane aut̄ intrantes ecciaz inuenerūt ambo missalia aperta. et missale gregorianū penitus dissolutū huc illucqz dispersum. Ambrosianū solum modo apertū in eo loco ubi positum erat inuenerūt. Quo signo sufficienter edocti diuinitus statuerūt qz officium ambrosianū t̄m in sua ecclesia seruaret̄ gregorianū uero p̄ totum mundū deberet obseruari. et ita adhuc hodie seruatur. Ceterum in eccia nihil est canendum uel legendū/ qd̄ a sancta romana eccia nō sit canonizatū et approbatū.

Capitulum xij. De hora celebra cōis missarum.

Deleffer⁹ papa instituit qz ante horam terciā misse non celebrarent̄. ut habet̄ d̄ ps̄. dis. i. ca. nocte. Qd̄ de missis popularibus et cōuentualib⁹ in quibus fit concursus populi intelligēdū est. qz scdm̄ beatū August. Popul⁹ a publicis missis que hora terciā dicunt̄ nō retrahatur. Leo t̄m papa diluculo sue in prima parte diei ad celebrandum missam intrauit. cuius auctoritate adhuc hodie missa p̄t celebrari. ut d̄ de selecta. dis. i. ca. Nocte. Celebrat̄ aut̄ missa popularis

seu publica aut hora tertia sexta vel nona. In hora tertia. quia hora tertia spiritus sanctus super apostolos in linguis igneis descendit et eadem hora Christus crucem portavit. et lignis in dorso est crucifixus clamantium/ crucifige crucifige eum. In sexta hora Christus vere est crucifixus manibus gentilium. In nona quia in illa hora in cruce pendens emisit spiritum. Celebratur autem hec missa popularis in diebus dominicis et festis hora tertia. in profestis hora sexta. in quadragesima. vero hora nona. De hac materia etiam aliquantulum dicitur in tractatu secundo.

Capitulum. xiiij. De prima institutione missae et a quibus missa secundum hominum ritum est ordinata

Propter cetera ecclesie sacramenta/ illud constat esse precipuum quod in missa officio supra mensam sacratissimi altaris celebratur representat illud ecclesie officium et communium. in quo filio revertente pater occidit vitulum saginatum. id est panem vite et vinum quod sapientia miscuit proponens. Hoc autem officium missae Christus instituit. cum novum condidit testamentum disponens heredibus suis regnum sicut disposuit ei pater ut edant et bibant supra mensam eius in regno suo. Et cenantibus illis accepit panem benedixit ac fregit dicens. Accipite et comedite. hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Similiter et calicem postquam cenavit dicens. Hic est calix sanguinis mei qui pro vobis effundetur. Mathe. xxvi. et Luce. xxii. His verbis panem et vinum in corpus suum et sanguinem transsubstantiando missam instituit. Hac igitur institutione apostoli in formam ceperunt hoc sacrosanctum fre-

quentare misterium. propter causam quam expressit dominus dicens. Hoc facite in mea commemoratioem formam servantes in verbis et materia servantes in rebus. prout apostolus. i. ad corinth. vij. testatur dicens. Ego enim accepi a domino quod et tradidi vobis. apostoli autem hanc missam adhaeruerunt dicentes non solum hec verba circa consecrationem. sed et dominicam orationem scilicet pater noster. Unde sanctus petrus primo sic in antiochia legitur missam celebrasse. et beatus iacobus frater domini simili modo in pontificalibus hierosolymis primo dicitur missam celebrasse. marcus in alexandria. iacobus enim frater domini qui primum possedit hierosolimitanam ecclesiam. et basiliscus cesariensis episcopus cuius sanctitas tunc toto orbe claruit addiderunt in scripturis hunc modum celebrandi missam. ut habetur de pse. dist. i. ca. Jacobus. Littera diversis temporibus a sanctis patribus et doctoribus et summis pontificibus/ scilicet celestino. gregorio. ambrosio. thelesio. fixto. et multis alijs leguntur adiecta. prout christiane religionis cultu crescente visa sunt decetius expedire

Capitulum. xv. De provida ordinatione missae et in quibus consistit.

Officium missae tam provida ordinatione legitur dispositum quod omnia que circa Christum et per Christum gesta sunt. ab incarnatione usque dum celos ascendit/ maxima ex parte continet et ipsa tam in verbis quam in signis admirabili specie representat. ut infra lucide apparebit ipsum autem officium missae in quatuor consistit videlicet in personis. in operibus. in verbis. et in rebus. Personarum tres sunt ordines scilicet persone celebrantes

ministrantes et circumstantes. Personarum ministrantium tres sunt ordines. scilicet accoliti. dyaconi. et subdyaconi. Accoliti grece latine ceroferrarij dicuntur. ad deportandum cereos/ quoniam euangelium est legendum. vel sacrificium offerendum. Tunc enim accendunt luminaria et deportant ab eis/ non ad effugandas aeris tenebras. cum soleo tempe rutilat sed ad signum leticie demonstrandum. ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendat. De qua Job 1. dicit. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ad accolitum etiam pertinet preparatio luminarium in sacrario. Ipse etiam cereum portat ipse. ut ceolum cum vino et aqua subministrat pro eucaristia. Subdyaconus preparat. et ad ipsum pertinet calicem et patenam ad altare christi deferre. et leuitis tradere. et ministrare aquam et manutergium presbiteris ante altare. Ad dyaconum vero pertinet assistere sacerdotibus. et ministrare in omnibus que aguntur in sacramentis christi scilicet in baptismo et confirmatione. et eucaristie mensam. Altare vestire et predicare euangelium et epistolam. Per tres vero sunt species. videlicet actus. gestus. et motus. Verborum etiam tres sunt diuersitates. scilicet orationes. modulationes. et lectiones. Rerum similiter sunt tres partes scilicet ornamenta. instrumenta et clenodia. que omnia diuinis plena sunt mysterijs ut infra patebit

Capitulum .xvii. De reuolucione legalis sacrificij ad sacrificium misse

Emplum olim domini erat diuisum in duas partes. Celo interposito vna pars fuit extraluminum. et ista vocabatur prior edes. alia interior et vocabatur sancta sanctorum. Hanc

partem secundam templi interioris scilicet sanctam sanctorum solus pontifex intrabat semel in anno. hinc nota prima in rationali scripta. ferens sanguinem et carbones ignitos cum thymamate in thuribulo ponens adurebat. donec fumus eius obumbraret. Deinde ad propitiatorium et aram sanguinem aspergebat. hec omnia signa fuerunt sed recesserunt postquam veritas et signata aduenerunt. Et quod hec significat circa canonem ostendit. precipue tamen tria sacrificia ecclesie per propitiarium. thuribulum et altare signata sunt scilicet sacrificium penitentie. sacrificium iusticie. et sacrificium laudis. De primo dicit propheta psalmus 1. Sacrificium deo spiritus tribulatus cor contritum etc. De secundo idem propheta dicit Tunc acceptabis sacrificium iusticie etc. De tercio idem propheta. Tibi sacrificabo hostiam laudis Super altare caro mactatur. intra thuribulum thus adoletur. Et ad propitiarium sanguinis inferunt Caro mactatur in strutione. thus adoleat ex deuotione. sanguis inferitur per redemptionem super altare corporis intra thuribulum cordis ad propitiarium dei patris. In sacrificijs panis et vinum et aqua spiritualiter offerunt. In sacrificio penitentie offertur vinum doloris et punctiois. aqua meroris et plorationis. panis laboris et afflictiois. Doloris in corde meroris in ore. laboris in opere. In sacrificio vero iusticie offertur panis fortitudinis et constantie. vinum rectitudinis et prudentie. aqua mansuetudinis et temperantie. Fortitudinis inter aduersa. rectitudinis inter iniqua. mansuetudinis inter peccata. Sed in sacrificio eucaristie offertur panis unitatis. vinum caritatis. aqua felicitatis. panis pro corpore. vinum pro anima. aqua pro populo. ut. i. plenius ostendit. Inter hec sacrificia primum educit. secundum deducit. tertium inducit. Educit. incipit

entes: deducit proficientes. inducit proficientes. Educit incipientes ex egipto. deducit proficientes per desertum peregrinationis et inducit profectos in patriam glorificationis. hec tria sacrificia sacerdos offert in mensa. Primum in confessione. secundum in oratione. tertium in actione seu canone. Nam et tria sunt que secundum prophetam deus requirit ab homine scilicet diligere misericordiam. facere iudicium. et sollicitè ambulare cum deo. Diligat ergo inquam qui vult offerre sacrificium pietatis. Faciat iudicium qui vult offerre sacrificium iusticie. Cum deo sollicitè ambulet qui vult offerre sacrificium eucaristie. hec Innocentius.

Laplin xvij. Quare dies sabbati cessit beate marie virgini in speciale commemorationes. Et quomodo officia missæ distinguantur secundum aliquas terrarum consuetudines iuxta numerum dierum in ebdomada.

Pristinis temporibus in ecclesia heresibus pullulantibus. et sanctam trinitatem impugnantibus ex instructione alicuius magistri. et rogatu karoli et bonifacii archiepiscopi moguntinensis ecclesie statuto quolibet die dominico missa de sancta trinitate celebrabatur. secunda feria de sapientia. tertia feria de spiritu sancto. quarta feria de caritate. quinta de angelis. sexta de sancta cruce. sabbato de beata virgine. Causa vero cessante cessavit istius dominicalis officii ordinatio. Et postea statutum fuit ut prima feria haberet suum officium. secunda feria de angelis. quia tunc primo creati sunt in bonis gratuitis. Tunc enim lux diuisa erat a tenebris. id est boni angeli a malis quia tunc boni confirmati sunt in gratia. et mali ceciderunt. scilicet in secunda feria. sed in prima feria creati sunt in bonis naturalibus. Sed consuetu-

do inoleuit. quod secunda feria celebratur pro defunctis. quia ut innuit quidam aie que sunt in purgatorio prima feria refrigerium habent. et statim secunda feria redeunt ad penas. que ut subueniant earum laboribus. missa pro illis in secunda feria celebratur. In tertia feria tunc pro peccatis celebrabatur. In quarta feria pro pace. In quinta pro tribulatione vel resumebatur officium dominice. sed nunc consuetudo induxit ut celebraretur de corpore christi. In sexta feria de sancta cruce que appropriatur passioni christi in qua christus crucifigi et mori voluit. In sabbato de beata virgine. Quare autem dies sabbati cessit ad speciale memoracionem beate virginis. huiusmodi multiplex ratio assignatur. Una hystorialis. Legitur enim sic quod in quadam ecclesia ciuitatis constantinopolitane erat imago beate virginis. coram qua dependebat velum quod totam velebat imaginem. sed hoc feria sexta hora vespere recedebat ab imagine nullo momento. sed solo dei miraculo et quasi in celum deferrebat. ut ad plenum posset imago a populo conspici. Celebratis vero vespere in sabbato descendebat iterum velum ante eandem imaginem et ibi manebat usque in sextam feriam hoc miraculo visum statutum est ex diuina inspiratione ut si ista feria nisi festum impediatur memoracione et missa de beata virgine habeatur. Secunda ratio quia domino crucifixo et mortuo in sexta feria suis discipulis fugientibus et de resurrectione non credentibus tota fides catholica in sabbato qua dominus in sepulchro quieuit in sola beata virgine permansit. idcirco ista dies magis memoracioni sue quam alia appropriatur. Tercia ratio. quia dies sabbati est quasi introitus et ianua ad diem dominicum. Dies autem dominicus est dies requies et significat vitam eternam. vnde cum sumus in gratia domine nostre quasi sumus in ianua paradisi

et ipsa nobis est porta ad regnū celoz
 idcirco sibi in sabbato qđ pcedit diem
 dñicum solemnizant. Quarta rō vt so
 lennitas et memoratio mris memo
 ratiōi et solēnitati filij q̄ sexta feria pa
 gitur continuet. Quinta rō. vt festiui
 agat in die ista qua dñs ab omni ope qđ
 patrarat quieuit qui est dies sabbati.

Sequit tractatus quintus libri
 primi. De ornamentis sacerdotilib⁹ et
 instrumentis ad officium misse requisitis.

Actum erat i tractatu
 pcedenti ca. ij. qđ missa
 nō sit celebranda nisi a
 sacerdote vestib⁹ sacer
 dotalibus ad hmōi offi
 cium requisitis et orna
 mētis induto. et vbi assunt certa instru
 menta ad hoc req̄sita. Quare iam q̄stū
 ad quintū tractatū et vltimū huius li
 bri primi. de eisdem in ipēali aliqđ est
 dicēdū. Et hēbit tractat⁹ ille duo ca.
 De indumentis et ornamentis sacerdo
 talibus capitūlū primū.
 De instrumentis ad officium misse re
 quisitis capitulū scđm.

Capitūlū primū De indumentis
 et ornamentis sacerdotilib⁹.

Eligio diuina alterz habitū hz
 in ecclesiasticis officijs et alterz
 in cōmuni vsu vt scđm muta
 tiōem habit⁹ vita mutet in melius. et
 scđm spūm viuēdo ipse sacerdos exem
 plū cūcto xpiano p̄lo p̄beat bone cō
 uersatiōis. Nec i quotidiano vsu vesti
 bus sacris licet vti. etiā in vestib⁹ p̄mu
 nis vite vsu pollutis. nō licet ingredi i
 sancta sanctoz. seu vestibus sacris et

mbis et p̄scia pura quā designāt diuina
 sacramēta sunt tractāda scđm qđ insti
 tuit stephan⁹ papa dicens. Vestibus
 sacris nō nisi in ecclesiasticis et dō dignis
 vti liceat. officijs p̄ q̄s vestes in sacris
 vtēdas nō oīa sacra et misteria et intel
 lectū sacre scripture fore p̄plo reuelan
 da intelligimus. Et est sciendū qđ sacre
 vestes a veteri testamēto sumptēnt ori
 ginē. p̄cepit em̄ dñs moysi. qđ faceret
 aaron et filijs ei⁹ vestes sacras in gliaz
 et decorē. vt loti et sacris vestib⁹ indu
 ti sacerdotio fungerent. vt dicit Exod.
 xxvij. De eodē hētur Ezech. xlvi. i hec
 verba. Ipsi ingredientē sanctuarium
 meū. et accedēt ad mēsam meā. et mini
 strēt mihi. et custodiāt ceremonias me
 as vestib⁹ vtātur lineis. nec ascēdant
 sup eos quicq̄ laneū qm ministrat mihi
 in portas atrij et intrinsec⁹. Lumq̄ in
 gredientē atrij exterius ad populū ex
 uant se a vestib⁹. in quib⁹ ministrauerūt
 et vestiēt se vestimētis alijs. et non san
 ctificabūt i vestib⁹ suis. Et qđ dicitis
 p̄sutant errores quozdā hereticoz. re
 phendentij nos temere qđ talib⁹ orna
 mur dicētes qđ nunq̄ xpc et discipuli
 eius hmōi vestib⁹ legunt induci fuisse.
 Quib⁹ obuiat sic respōdendo. xpc no
 luit oīa p se instituire. sed voluit suos
 successores et vicarios i hoc honorare
 qđ in p̄cessu t̄pis p̄ inspiratiōez spūsc̄ti
 ad suā reuerētiā multa p̄ suos mīstros
 instituerent. qđ notauit in his v̄bis cū
 dixit aplis. Multa adhuc habeo vobis
 loqui. sed nō potestis ea portare modo
 Vestes sacrate qđ sacerdos induitur
 scđm p̄munē vsu sunt hęc. Suphu
 merale qđ caput velat et humeros tes
 git. Alba linea que totū corp⁹ tegit et
 vestit. Lingulū qđ albā stringit et coar
 tat. Manipul⁹ qui sinistrum brachium

mancipat. Stola q̄ collū cingit et i mo
dū crucis pectus ornat. ⁊ sub cingulo
p̄ncipā i duas diuidit lineas. Casula q̄
sua latitudine corpis mēbra ambit vn̄
uersa. s̄z i duob⁹ brachijs collecta an
terius et posteri⁹ sue latitudis mēsurā
nō abbreviat. De his vō q̄ ad pontifi
calem ornatū p̄dictis addunt vtpote
mitra palliū. annul⁹. baculus pastora
lis. q̄ nō altaris obsequiū sacerdotale
respiciūt. p̄nti p̄sideratiōi imp̄tinentia
vident̄ et intentiōe remota. Letex de
necessarijs indumētis / om̄i et cuilibet
sacerdoti et celebrāti sacrosancta mi
steria qd̄ allegorice aut tropologice
designat̄ est inq̄rendū Scdm̄ allegori
am. hec vestes venietis i carne filij d̄i.
hūilitatis habitū et susceptē forme ser
uile p̄ditiōez figurat̄. qz semetipm̄ exi
nauit formā serui accipiēs. ⁊ habitu
inuent⁹ vt hō suos cultores docuit hū
miliare vsqz quaqz. vt ⁊ viuificari me
reant̄. ⁊ f̄. r̄. rim illos quos ritu ⁊ hitu
sue gregis voluit eē doctores ⁊ duces
Sup̄humeralē susceptū i capite signi
ficat subiectiōez x̄pi q̄ paterne volūta
ti obtempans. ip̄e x̄pc q̄ caput est eccie
hūanitate assumpsit. et diuinitatē sub
carnis tegimēte abscondit. vt rebellem
hōiem ad p̄riaz reuocaret. et offensum
p̄rem placaret. Alba linea qua induit̄
sacerdos passibilis carnis x̄pi mūdici
am et sanctissimi cordis ac immaculati
corpis puritatē oñdit qz pctm̄ nō fecit
nec inuent⁹ est dolus in ore eius et ip̄e
speciosus forma p̄ filijs hōim. Lingul⁹
albā astringēs significat meritū iusticie
quo voluit x̄pc electis suis suffragari.
et salutis nr̄e insidiatorē dyabolū liga
tū tenere. Et taliter eū cinctum ysaias
videbat cū dixit. Et erit iusticia cingu
lū lūbozei⁹ et fides cinctozū renū ei⁹

ysai. xj. X̄pc em̄ iust⁹ et a peccatorib⁹
segregat⁹. inter pctōzes apparuit. et
eoz mores sua p̄uersatiōe corripit ⁊ iu
sticie sue meritū indigentib⁹ p̄munica
uit. vt sic ip̄e iust⁹ iustificaret eos q̄ ex
fide sunt iesu x̄pi. vt ois q̄ crediderit i
ip̄m nō pereat s̄z habeat vitā eternā
Manipul⁹ in sinistra manu susceptus.
significat x̄pi immutabile p̄stantiā in
tentatiōib⁹ et i mādato p̄ris p̄seuerā
tē volūtatē. Nā neqz dyabolicis neqz
hūanis cessit insidijs nec frangebatur
iurijs. ⁊ ergo pugna x̄pi p̄ iusticia desi
gnat̄ X̄pc em̄ p̄ iusticia certauit mōm
sup̄auit ⁊ potestātē dyaboli cecit̄ Sto
la q̄ collū strigit et pectus fm̄ formā
crucis adornat / significat illā maximā
obediētā x̄pi q̄ mortē suscepit ⁊ subijt
mortē valde suspectā videlicet crucis
penā latronū aut malefactorū. Unde
ap̄ls ait. X̄pc fact⁹ ē obediēs p̄ri vsqz
ad mortē. mortē autē crucis ad Ep̄h. ij.
Sicut em̄ stola collo subiicit̄. sic x̄pc
bailās sibi crucē in humero q̄si stola
in collo. Et stola in p̄ctore cācellata /
p̄ modū crucis ip̄ius mortis p̄reptibil
p̄nti gen⁹ et ignominā crucis designat̄.
quā x̄pc p̄posito sibi gaudio et glia vi
ctoziose resurrex̄t ois sustinuit om̄i con
fusiōe p̄temp̄ta. Casula larga et ampla
significat latitudinē caritatis i x̄po. q̄
nō solū amicis v̄xetā p̄plexus est ini
micos Nā q̄ dulci caritate amicos su
os p̄sequeret̄ ex p̄ssit cū dixit Maiorē
caritatē nemo h̄z / q̄ vt aiaz suā q̄s po
nat p̄ amicis suis Quantū autē dilexe
rat inimicos i hoc patuit cū p̄ suis cru
cifixozib⁹ et derisoribus tam dulciter
orauit dicēs Pater ignosce illis qz ne
sciūt qd̄ faciūt. Scdm̄ alios vō hec in
dumētā quozdā armorū dei et x̄pi rep̄
sentat̄ insignia Sup̄humeralē rep̄ntat

cooptoꝝ quo iudei faciē xp̄i vel auer-
runt dicentes. *Propheꝝa nobis xp̄e. quis est q̄te percussit Math. xxvi.* Alba
vō rep̄ntat vestē albam. qua herodes
xp̄m induit et illuſit *Luc. xxiiij.* q̄ vestis
creditur ſtaturā xp̄i exceſſiſſe. et eum
in grefſu impediuiſſe. et ſic ſepius p̄ im-
petū iudeoꝝ corruiſſe qd̄ nunc figurat
alba. lōge ſtaturā ſacerdotis excedēs
anteq̄ ligat̄. Sed cingulū ſeu zona re-
p̄ſentat flagellū quo pylat⁹ xp̄m ceci-
dit *Joh. xix.* Stola vō rep̄ntat illam li-
gaturā q̄ xp̄c ligat⁹ fuit ad columnam
Manipul⁹ rep̄ntat funē quo xp̄c liga-
tus fuit q̄n̄ a iudeis p̄io p̄hēdebat̄
vt d̄r Joh. xvij. Comp̄hendit̄ iēſum
et ligauerūt eū. *Laſua* vero ſignificat
veſtimentū purpureū quo milites cir-
cūdederūt iēſum *Joh. xix.* Allegorice
aut̄ veſtes ſacerdotales generaliter lo-
quēdo ſignificāt vtutes q̄bus ſacerdo-
tes d̄nt ornari *Juxta illud p̄pheticum*
Sacerdotes tui induant̄ iuſticia. Et ſi-
gnificāt ſp̄ūalia arma q̄b⁹ ſacerdotes
armari d̄nt p̄tra ſp̄ūales nequicias pu-
gnaturi. *De quib⁹ armaturis di. apls.*
ad Ephe. vlti. *Induite vos armatura*
dei. vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias
dyaboli. *State* igiſ ſuccincti lūbis in
veritate. *et induite loriceā iuſticie et cal-
ciate pedes i euāgelij pacis p̄paratiōe.*
In oibus ſumētes ſcutum fidei in quo
poſſitis oīa tela ignea neq̄ſſimi hoſtis
extinguere et galeā ſalutis aſſumite et
gladiū ſp̄is qd̄ eſt verbū dei. *Prouis*
deat ergo diligēter ep̄s. et attēdat ſtu-
dioſe ſacerdos. vt ſignū ſine ſignato ſi-
ferat ne veſtes ſine vtute portet ne for-
te ſit ſilis ſepulcro foras dealbato int⁹
vō omni ſpurcicia pleno. q̄ſ quis ſacer-
dos induimētis ornat̄ et honeſtis mori-
bus nō induit. q̄to venerabilior appa-

rēt hoīb⁹ tāto reddiſ indignior apud
deū. *Pontificale* itaq̄ et ſacerdotale
gliaz iam nō honor p̄mēdat veſtū. ſed
ſplendor aīaz q̄m̄ et illa q̄ quondā ab
tuitib⁹ blandiebant̄. ea poti⁹ q̄ in ip̄is
intelligēda. erāt poſcebāt. Et quidq̄
illa velamia i fulgore auri i nitore gem-
marū et mltimodi opis varietate ſigni-
ficabāt. hec oīa in actibus ſacerdotū et
morib⁹ eluceſcāt. *Dec Innocenti⁹* et
rōnale diuinorū. *Scdm tropologiam*
vō magis ſp̄ealiter loquēdo ſacer ha-
bit⁹ ſacerdotalis ſignificat̄ q̄lis eſſe de-
beat ſacerdos celebratur⁹ *Imict⁹* em̄
ſuphumerali quo caput velatur et hu-
meri circūquaq̄ p̄tegūtur ſignificat qd̄
ſacerdos in mēte ſua d̄z h̄re firmū. p̄po-
ſitū et fidele. exequēdi volūtate dei ſa-
croſanctū miſteriū p̄ ſanctificatione
populi offerēdi p̄ſertim in hoc ope ne-
ceſſario ſaluti aīe vt intēdat immolare
deo rogare p̄ p̄lo p̄ſecrare et p̄ficere
corp⁹ xp̄i et oibus p̄ficere qd̄ p̄municāt
eti tali p̄poſito firmiter p̄manere deſi-
derāt *Doc em̄ eſt caput velare ſancti-*
ficatiōis fructū intēdere et q̄rere ſcdm
ordinē diuīe volūtatis. *Sicut em̄ ca-*
put oīb⁹ mēbris corpis p̄ncipat̄ ſic
mētis int̄ctio cunctis opibus d̄natur.
Quī int̄ctio iudicat hoīem et talē exhi-
bet iudicio. q̄lis fuerat. intentio q̄ p̄ ca-
put deſignat̄ ſm̄ expoſitiōez b. Berni.
ſup illud dictū euangely. vinge caput
tū et faciē tuā laua. *Sed qd̄ ſuphume-*
rāle humeris circūquaq̄ coextēditur.
p̄ hoc ſcdm innocentiū fortitudo opm̄
d̄ſignatur. *Numeri* quippe fortes ſunt
ad opa pagenda iuxta illud p̄ſarche
iacob. *Suppoſuit humeros ſuos ad*
portandū. et fact⁹ eſt tributis ſeruiens
Sacerdos vō nō d̄ct ocioſus exiſtere
ſz bonis opibus quotidie int̄udare ſm̄

qd dicit aplis ad thymo. Labora sicut
 bonus miles iesu xpi. In singulis em pa-
 cienter se heat. vt sic in pacia sua possu-
 deat aiam sua. Habz etiā sup humerale
 duas cordulas. qbus an pectus ligat:
 7 hec significant intētionē 7 finē. qbus
 opus informandū est. ne fiat opus in fer-
 mento malicie 7 neqcie. s; in azimis sin-
 ceritatis 7 veritatis. s. ad Lox. v. De
 inde sacerdos albā induit. que vt plu-
 rimum est de bisso vl' de tela candida in
 signū h^o. qd sacerdotes debēt hēre cor-
 castū seu innocentia vite iuxta illud ec-
 clesiastici. x. v. Omni tpe vestimēta tua
 cādida sint. Sicut em bisso vl' tela. cā-
 dozem qz nō habz ex natura. s; ex mul-
 tis tūstōib^o arita. p artem adqrit sic et
 caro hoīs. mūditiā seu castitatē quam
 nō obtinet a natura. multis castigatiōi-
 bus macerata sortit^o p grāz. Tū sacer-
 dos fm aplm. castiget corp^o suū. 7 iher-
 uiturē redigat. ne forte cū alijs pōica-
 uerit ipse reprobus fiat. Deinde sacerdos
 cingulo seu zona cingit. qua alba corpi
 coartat. 7 tūc a lumbis pcingit. vt ca-
 stitas 7 mūditiā p albā dsignata nullis
 stimulis dissoluat. fm illud luc. xij. Sit
 lū. vti pcin. In lūbis em luxuria dñat
 Sicut dñs de dyabolo ait. Tūc^o eius
 in lumbis eius. 7 fortitudo i vmbilico
 ventris eius. Job. xl. Debent g lumbi
 sacerdotis pcingi p continentia. 7 succin-
 gi p abstinentia. Tū greg. Lūbos pre-
 cingim^o. dū carnis luxuria p continentia
 coartamus. Sedm alios vō cingulū
 quo alba corpi coartat. significat qd
 sacerdos debet hēre iusticia opis. cingē-
 tem 7 munientē castitatē ei^o. vt iusticia
 seruata in ope p̄mendet puritatē sua
 tam in castitate. Qm vt dicit gregorius.
 Castitas modica ē sine bono ope. nec

bonū opus aliqd est sine castitate. P
 hoc sacerdos stola q leue 7 suauē iugū
 domini significat. sup collum suum im-
 ponit. vt iugum domini se suscepisse d
 monstret. Tū cum sacerdotes stola sus-
 cepit epūs dicit. Accipite iugum dñi
 Iugū em dñi suauē est 7 onus ei^o leuē.
 Suauē in prosperis. leuē in aduersis.
 Quā stolam sacerdos sibi cū osculo im-
 ponit. ad denotandū desiderū quo se
 huic iugo subiecit. Ista stola p anterio-
 rā descendēs. dextz 7 sinistrz adornat.
 qz p arma iusticie. a dextris 7 a sinistris
 id est in aduersis 7 in p̄speris. sacerdos
 debet esse munit^o. s; ne eleuetur in p̄-
 speris. 7 ne frāgatur in aduersis. Debz
 etiam sacerdos mediante stola. ceru-
 cem p̄ter 7 vtrūq; humerū. in signum
 crucis in suo pectore preparare. Si qd
 autē aliter egerit. excommunicatiōi sub-
 iaceat. Et hoc fit idō vt sacerdos se do-
 minice passionis memoriā. in mente de-
 signet habere sine qua hoc sacrificiū.
 in memoriā dominice passionis institu-
 tum. non liceat offerre: vt sic imitator
 dominice passionis. mundum sibi cru-
 cifixum. et se mundo crucifixum exhi-
 beat. Crucem portat in corpore per
 penam abstinentie. crucem portat in
 corde credendo in se danna infirmita-
 tis aliene. Insuper stola a pectore vl'
 qz ad gēua protenditur. vt sacerdos
 tem mitem corde. et humilem esse in o-
 pere extra obere insinuet. iuxta dictū
 saluatoris Math. x. Discite a me quia
 mitis sum 7 humilis corde. Deinde sa-
 cerdos manipulum in sinistrum bra-
 chium ponit. quasi captus detentusq;
 ne malicia mutet intellectum eius. e t
 ne dēcipiat aiaz ei^o. s; ut tiorē di a malo
 coartat^o. etiā diuino amore cohibeat

eius affectus ne transeat in sinistra consensum et perdat iusticie fructum et sinistra maledictionis se reddat obnoxium. Secundum alios vero manipulus penitentiam designat. qua labes et quotidiana excessus et vicia humane perversitatis extinguuntur. Et cum hoc manipulus sacerdotem amonet habere vigilantiam in opere. ne quodam torpore et tedio ipsius animus reddat. ad agenda accidiosus. Etiam per manipulum primorum retributio designat. in illud. *Uenientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Et sinistrum brachium cui imponitur manipulus vitam presentem figurat. ut quidquid laboris et cure sacerdos pro populo in caritate in hac vita pegerit. pro his in futura patria secundum propriam mercedem recipiat retributionem. quam opera illorum sequuntur illos. Postremo super omnes vestes casula a sacerdote induitur significans caritatem sine qua sacerdos est quasi es sonans et cymbalum tinniens. Et recte caritas per casulam designatur. quia sicut casula operit cetera indumenta. sic caritas operit multitudinem peccatorum. ut habetur *Jaco. ult.* Et sicut hec vestis cetera vestimenta in se includit et continet. sic preceptum caritatis omnia scripta legis et prophetarum includit ut dominus dixit. *In hac pendet tota lex et prophete.* Super quo beatus Augustinus dicit. *Hic tenet quod latet et quod patet in divinis codicibus qui caritatem servat in moribus.* De hac caritate apostolus ad corinthios tertium. sic dicit. *Adhuc excellentiore via demonstrabo vobis. Nam si linguis hominum loquar et angelorum. caritatem autem non habeam factus sum sicut es sonans et cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam. ita ut nouerim omnia misteria et omnem scientiam et si habuero omnem fidem ita ut montes*

transferam caritatem autem non habeam nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. et si tradidero corpus meum ita ut ardeam caritatem autem non habeam. nihil mihi prodest. *Hec si quis viderem caritas est vestis nuptialis.* De qua dicit dominus in euangelio. *Amice quomodo huc intrasti non habes vestem nuptialem.* Casula est lata. cuius latitudo latitudinem caritatis significat quam amicum in deum dirigit. et propter deum hostem non excludit. Propterea mandatorum dei finis. et legis plenitudo caritas. non immerito nuncupatur. teste propheta *ps. cxviii.* sic in quiete. *Deus consummationis vidi finem latum mandatum tuum nimis.* Item casula in extensione brachiorum in anteriorem et posteriori parte dividitur. pro quod duo brachia caritatis designant scilicet erga deum et erga proximum. Unde dominus precepit. *Diliges dominus deum tuum ex toto corde tuo et proximum tuum sicut teipsum.* Ex dictis patet. scilicet esse indumenta sacerdotis quibus in officio misse se consuevit exornare. quare autem hec indumenta portat. Dicendum quod hoc est ratione officii pertinentis ad sacerdotem quia sacerdos habet alios cathecizare quod amictus significat habet baptizare quod alba significat habet predicare. quod manipulus significat habet ligare quod cingulus significat habet absolueret. quod stola repunitur. et hoc consecrare quod stola significat. Et est sciendum quod indumenta ministrorum significant ydoneitatem que in eis requiritur. ad tractandum divina et quia quedam sunt que in omnibus requiruntur et quedam requiruntur solum in superioribus quam non exagunt ab inferioribus ideo quedam vestes sunt omnibus ministris communes quedam superioribus tantum. Omnibus enim ministris competit amictus pro quod significatur fortitudo ad divina

f. i.

officia exequenda. Similiter alba que significat puritatem vite. et cingulum quod significat reprehensionem carnis. Sed sub dyaconus ulterius portat manipulum quo significat abstergio minimarum culparum quia quasi sudarium portatur quia ipse primo admittitur ad sacra tractanda. Item portat tunicam strictam que significat doctrinam christi. quia ipse ad doctrinam nove legis annunciandum ordinatur. Dyaconus autem ultra hoc habet stolum in sinistro humero. in signum cuius applicat ad ministerium in ipsis sacramentis. Sacerdoti autem in utroque humero stola imponitur. ut ostendat plenam potestatem dispensandi sacramenta id est stola descendit usque ad inferiora. Habet etiam casulam que significat caritatem quia sacramentum consecrat caritatis scilicet eucharistia. Sed episcopi ultra illa habent novam ornamenta. scilicet caligas. sandalia. succinctorium. mitram. dalmaticam. tunicam. cyrotecas. anulum et baculum. quia novem sunt que episcopi ultra simplices sacerdotes. scilicet ordinare virginem benedicere. basilicas dedicare. clericos disponere. synodos celebrare. christum conficere. vestes et vasa consecrare. ac confirmare. Per caligas significatur rectitudo gressuum. Per sandalia que pedes tegunt significat preceptum terrenorum. Per succinctorium quo stola ligatur cum alba significat amor societatis. Per tunicam perseverantiam. quia ioseph tunicam talaris legit habuisse per quam significat extremitas vite. Per dalmaticam significat largitas in operibus misericordie. Per cyrotecas designat cautela in opere ita quod sic opus faciat in publico quod intentio maneat in occulto. Per mitram scilicet utriusque testamenti designat id est duo cornua habet. Per baculum cura pastoralis qua debet corrigere vagos quod signifi-

cat curitas baculi et pungere lentos seu tepidos quod significat stimulus in pede de baculi. versus. Corrige sustenta itumula vagos morbida lenta. Per anulum sacramentum fidei designat. quia ecclesia christo desponsatur. Ipsi enim sunt in ecclesia loco christi. Ultra hoc archiepiscopi ad huc habent pallium insignem privilegiate potestatis quod significat torquem auream quam solebant legitime certantes accipere. Ultra autem sacre vestes reficiuntur quia rumpuntur ita ut de novo non sit opus eas consecrare. videtur bernardus in glo. super ca. Quid in duobus. ex. de pse. eccie. Et dicitur quod filium vel pannum non consecrat per apponi consecrati. nec est opus nova consecratione consecrari. Et alanus dicit. quod quodiam remanet forma sacre vestis ea iterato consecrari non oportet licet per presbiteros reficiatur. Secus autem si forma saluetur vel mutatur. huic concordat hostiensis in glo. ca. pallegato. Quid autem agendum sit quia vetustate sunt consumpta. videtur ad alios usus sunt revertenda. de hoc dicitur in capitulo sequenti.

Capitulum secundum De instrumentis ad officium missae requisitis

Instrumenta concurrentia ad officium missae pagendum. sunt plura scilicet domus vel ecclesia altare calix corpale et lumen. Et de his quibus aliquiter dicitur sic tractatu precedenti. tamen aliqua in speciali de his sunt dicenda. Et primo de ecclesia. Unde dico quod missa non debet celebrari nisi in ecclesia consecrata si fieri potest vel saltem in altari consecrato. vel si hec non habent. tunc ad minus habeat parva tabula consecrata. In necessitate tamen missa celebrari potest in tentorijs scilicet in itinere vel in exercitu honesto dummodo tamen habeatur ibi parva tabula ut dictum est et

cetera instrumenta seu ornamenta necessaria. De p̄se. dis. i. ca. Concedimus. et c. Missa. Debet etiam missa celebrari supra terram solidam. et nō in mari/vel in fluminibus tempestate imminente ne fieret sanguinis effusio v̄l corporis x̄pi indebita motio. Potest tñ in troitus misse ibi dici. Debet aut̄ ecclesia p̄pter quattuor cōsecrari. Primo propter reuerentiam illius qui realiter in hoc sacramento continet̄. de p̄se. dis. i. Ecclesiar̄ cōsecrationē. Secundo propter h̄mōi loci efficaciam qz in templo antique legis erat aliqua virtus. vt habet̄. ij. macha. iij. Nō minus ergo in ecclesijs Tertio p̄pter angeloz frequentiam et demonij terrorem et exclusionē Quarto p̄pter informatiōem deuotorum. qui perpendere debent ea q̄ materialiter agunt̄ sp̄sualiter in se cōpleri. Quantū ad altare dico. qz quattuor sunt eius conditiones. Primo qz sit lapideum. et hoc propter tria. Primo/ propter x̄pi sepulcri lapidei representatiōem Sec̄do p̄pter ip̄ius x̄pi significatiōem qz altare significat x̄pm qui petre comparatur. j. ad cor. iij. Petra aut̄ erat x̄pc Tertio propter materie v̄ditōne qz cōmunis est et v̄biqz inuenit̄ Sec̄da cōditio est qz debet esse p̄secratum qz eius p̄secratio significat consecratiōem x̄pi. De qua psalmista. Unxit te deus deo tuus oleo leticie. Ps̄. xliij. Tertia cōditio qz debet esse compositum ex lapide. et structura vel capsula quadam et significat v̄nionē diuine nature et h̄iane Quarta v̄ditio qz sit integrum et nō motū De fractura tñ est distinguendū qz aut̄ est enormis. et tñc consecrari debet. aut̄ est modica et iuxta extremitates. et tñc non debet cōsecrari. Sed de motione est

sciendū qz si lapis motus fuerit de capsula sua. tñc cōsecrari debet. qz consecratiō fit in cōiunctiōe lapidis et structure Et ideo dicunt quidam qz altare portatile si amotum fuerit a ligno seu a capsula tunc cōsecrandum est. Hoc credo intelligendū qñ lapis est simul consecratus cum ligno. si aut̄ esset consecratus p̄ se vt fiebat antiquitus non esset bis consecrandū sc̄dm quosdam. Quantū ad calicē qualis esse debeat/ sciendū qz debet esse aureus vel argenteus vel ad min⁹ stanne⁹ et hoc p̄pter eoz puritatē et soliditatē Nō aut̄ debz esse de cupro vel de ferro. qz hec duo rubiginē cōtrahūt nec ex ere aut auri calco qz etiā rubiginant̄ et ad fomitū inducunt. Nec de vitro aut cristallo. p̄pter fragibilitatē qz de facili frāgūt̄ Nec de lapide p̄pter ineptitudinē materie. Nec de ligno qz porousum est et posset in poris de sanguine x̄pi aliquis remanere De hac materia h̄et de p̄se. dis. i. Quantū ad corpale diceudū est. qz debet esse de panno lineo m̄do Cñ in epla siluestri pape de p̄se. dis. i. ca. Cōsilio. d̄r Cōsilio oim statuum⁹ vt sacrificiū altaris nō de serico p̄ano / aut tincto quis q̄ celebrare p̄sumat sed in puro lineo ab ep̄o p̄secrato sicut corpus x̄pi in sindone m̄da et linea sepultū fuit Et hoc p̄petit significatiōe qz sicut talis pann⁹ multis t̄n̄sōibus et percussōib⁹ parat̄ sic etiā x̄pc m̄ta et plurima sustinuit in hac vita. Sed dubiū ē qd̄ agendū est de lignis eccie p̄secrate et de sacris p̄anis qñ antiquant̄ Dicēdū qz ligna eccie p̄secrate p̄nt poni in aliā ecciam v̄l in alio loco honesto v̄l vsu sibi puta in ca. dormitorio l̄ refectorio. vt di. glo. s. ca. ligna. de p̄se. di. j. et n̄ d̄nt poni in coquina l̄ in vineis aut h̄mōi

De panis aut sicut sunt pallée altaris
 cortine eccie. vestimenta ministrorum
 siue sacra vasa. nō debent conuerti in
 vsum laicorū vel ad apphanos vsus. s; si
 aliqua vestimēta sacra vel panni sint
 vetustate consumpta/ debent cōburi.
 et cineres recondi sub baptisterio. v; in
 pariete eccie. aut alio loco tuto. ne
 ab incedentiū pedibus scylent. De
 lumine vero dicit Hostiū. q; sine lumi
 ne non debeat missa celebrari. Vñ Le
 uitici. vi. ca. Ignis in altari meo semp
 ardebit. Lū ratio est. q; ille ibi sacra
 mentaliter existit. qui de seipso dixit.
 Joh. viij. Ego sum lux mundi. Et de
 quo sine on Luc. j. Lumen ad reuelati
 onem gentium. et gloriā plebis tue
 israel.

Incipit liber secundus

Expeditus per dei gratia
 de prima parte/ seu de
 primo libro huius to
 tus laboris/ sc; de qui
 busdam pcedentibus et
 disponentibus/ ad dominici corporis
 tractatiōem et sumptiōem/ et de ipso
 sacramento corporis xpi scdm se. et de
 ipa missa in generali/ que omnia pro
 hemialiter seu introductorie sunt pre
 libata. iam qntum ad librum secundū.
 officium misse in se et in suis partibus si
 gillatim. et diuisim/ vna cum gestibus
 sacerdotis/ restat declarandū. quibus
 expositis et declaratis/ clare appare
 bit que sint perāciencia sacramentum
 corporis xpi. Et q; officium misse scdm
 quosdam tm in tres partes diuiditur.
 sc; in partem preparatoriā. instructori

am. et oblatoriam. Pars instructoria
 incipit ab epistola. et terminat in offer
 torio. Et pars antecedens epistolā est
 preparatoria. Oblatoria vero pars in
 cipit in offeritorio. et terminat in fine
 misse Ideo illam diuisionem causa bre
 uitatis sequēdo/ hunc librum secundū
 diuidam in tres tractatus Quorū pri
 mus erit de parte preparatoria Secū
 dus de instructoria. Tercius de obla
 toria. Tractat^{us} primus xi. ca. continebit.
 De debita ministri dispositiōe et eius
 preparatiōe capitulū primū
 De introitus allegorica et etiam tro
 pologica significatiōe caplin scdm.
 De laude sancte trinitatis/ sc; gloriā
 patri capitulū terciū
 De accessu altaris capitulū quartum.
 De osculo altaris et de signo crucis.
 capitulum quintum.
 De translatiōe ad dexteram partem
 altaris et de libri apertione ca. sextum
 De Kyrieleyson caplin septimū.
 De cantu angelico/ sc; gloriā in excel
 sis et de eius^{us} expositiōe. et quare in missa
 beate virginis in hoc cantico interpo
 nitur/ spiritus et alme orphanorum.
 capitulum octauum
 Quare non semper canitur gloriā in
 excelsis caplin nonum
 De salutatione sacerdotis scilicet. do
 minus vobiscum et de collecta capitu
 lum decimū
 De numero collectarum et de conclu
 sione earundem capitulū vndecimū